



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

18. Quis sit optimus & maxime probandus modus ministrandi hoc  
sacramen. tempore pestis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

quia non potest ostendit præceptum diuinum illud prohibens, ecclesiasticum autem non obligat cum tanto rigore, præferatim cum ius sibi subueniendi in tam gravi necessitate sit maxime intrinsecum.

## QVÆSTIO XVIII.

*Quis sit optimus & maxime probandus modus ministrandi hoc sacramentum tempore pestis?*

Quæstionis explicatio.

**A**Bsoluiimus duas huius capitatis partes, ostendimus enim qui teneantur vel non teneantur ministrare hoc sacramentum, & quibus teneantur, & quibus non: Sequitur tertia, qua examinandi sunt rhodi illud ministrandi, ut videamus qui illorum probandi sint vel improbandi, quod ut dilucidius fiat, duo præmittenda sunt: Primum, hoc esse singulare in hoc sacramento, quod etiam notauit Concilium

*a Sess. 13. de Eucharistia,* beat antequam ministretur: nam cætera omnia sunt dum ministrantur: unde consequitur, quod ad rem præsentem pertinet, plures tempore pestis circa ministracione huius sacramenti nasci difficultates quam aliorum, hic enim ex duplice capite nasci possunt.

possunt: primo ex consecratione, secundo ex administratione; in aliis vero, ex sola administratione, quæ in progressu fient clariora. Alterum, hoc sacramentum, sicut est dignius duobus præcedentibus, ita est minus necessarium: secundum plerosq; enim non est necessarium necessitate medii simpliciter & absolute, sed tantum præcepti. Vnde consequitur (quod bene hic notandum est) in ministracione huius sacramenti ordinarie præferendam reuerentiam illi debitam, tali, quali necessitati priuatae personæ: Quare non tenentur pastores ordinarie ministrare hoc sacramentū, nisi comodè possint seruare conuenientem ritum ab ecclesia præscriptum, ut cōtra Maiorem bene notauit (*a*) Sotus, sicut contra in cœteris sacramentis, quæ sunt maioris necessitatis tenentur illa ministrare, etiam nullo ritu seruato, si hoc necessitas proximi postulet, vt in prioribus capitibus vidimus, & in sequentib. magis apparebit: His præmissis queritur imprimis, quis sit optimus & maxime probandus modus ministrandi hoc sacramentum tempore pestis?

*Responso.*

Ille videtur optimus, quo sacramentum hoc in certa materia & forma, quantum fieri possit, legitime consecratum, maiori

Y 3 cum

*a Sotus in 4.  
dist. 12. q. 1.  
art. 8. §. Ioan  
nis Maioris.*

cum reuerentia, pro ratione temporis, spe  
Etata ægri valetudine & contagionis peri-  
culo, adhibitis ecclesiæ propriæ cæremo-  
niis ministratur. Hæc responſio patet ex iis,  
quæ superioribus capitibus, ad similem  
quæſtionem respondimus.

Dices: Potestne hoc sacramentum sine  
vllis omnino cæremoniis tempore pestis  
ministrari?

R. Non potest, moraliter loquendo; ne-  
que enim videtur posse fingi casus, quo  
non debeat saltem adoratio huius sacra-  
menti præmitti, tum per pastorem, tum  
per ægrum, si adhuc mentis sit compos;  
cum enim Christus ipſe realiter & persona-  
liter, etiam antequam ministretur per præ-  
cedentem consecrationem panis, præfens  
sit, vt fides docet, si quis eum tractet mani-  
bus, oculis videat, ore sumat, sine vlla ado-  
ratione & reuerentia, graue sacrilegiū com-

a In Psal. 98. ad illa verb. Adorate sca- bellum pe- dum eius. mittit, vt rectissime D.(a) Augustinus dixe- rit: *neminem illam carnem manducare, qui non prius adorauerit.* Quamobrem videndum

ministro huius sacramenti, ante omnia, vt  
omni cum reuerentia, etiam peste in-  
fectis hoc sacramentum mi-  
nistret, de quo plura  
deinceps.

QVÆ